* Chronol. zi p. 665 cap. 96. (96)

In cod. 2 secundum Mittarelli et Borsierium de commoratione pape Lucii III sequentia leguntur: De Papa Lucio 3° Idem fol.

Sub anno domini 1184 tempore Lucii ~~II~~ 3 pontificis et Federici imperatoris die penultim~~a~~ o (penultimo Bor.) Junii, dum predictus venerabilis Lucius pro unitate ~~sancte~~ S. ecclesie et maxim~~e~~ ut coronationis triu~~m~~ n phum Henrico Federici ~~filio~~ (~~om. Bor.~~) concederet, Veronam cum nimia multitudine clericorum et aliorum dirigeret iter, accidit celitus quod Apostolice placuit majestati in vigilia Apostolorum Petri et Pauli ad Faventinam civitatem accederet (accederet Bor.). In qua cum admodum alacriter et magnifice receptus fuisset, celebratis ab eo et cardinalibus tam vigiliarum quam ipsius festivi diei ~~(om. Bor.)~~ divinis officiis, placuit ipsi pontifici in eadem missa, quam ~~suo~~ suo proprio ore celebraverat, huic Faventine ecclesie tale privilegium concedere, quod omnibus presentibus ad ~~beati~~ Beati Petri festum venientibus annuatim duodecim dierum criminalium peccatorum illis adhiberet~~ur~~ (adhiberet Bor.) remissio. In qua etiam missa omnes excommunica~~vit~~ tus est (excommunicatus est Bor.) pauperes de Leone, qui Apostolorum ~~sectam~~ semitas (s̄nitas Bor.) se retinere asserebant, et ~~Patarenos~~ Pateranos, cum ~~Patereni~~ Paterani essent heretici; in qua sententia omnes etiam illorum adjutores subjecit.